



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 75. Dissidia inter Prædicantes Saxonicos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

Sæc. XVIII.
A. C 1728.

§. LXXV.

*Dissidia inter Prædicantes
Saxonicos.*

*Vide Hol-
bergi Hist.
Eccles. tom. 4.
pag. 450.*

Pietismi originem ex Lutheranis nonnulli adscribunt ipsimet Luthero, eo quod non modo puritatem in doctrina, sed etiam in vitæ sanctitate ab initio exoptasse videretur, ob temporis tamen angustias, & assiduas cum suis Adversariis controversias morum disciplinam perficere & Dei timorem dilatare neglexisset. Egregium prorsus Ecclesiæ Reformatorem, qui Catholicos integris convitiis plaustris obterrere unice intentus, in suis morum honestatem implantare prætermisit. Nec, juxta Holbergerum, solertiores erant ejus Apostoli ac Successores Germanico bello impediti. Exin vero enatus est Pietismus, seu verius *indifferentismus* & secta eorum, qui sub pietatis larva credendi libertatem contegunt. Huic sectæ præprimis adhærent Hallenses Doctores, qui ut novitatis invisæ labem a se amoliantur, omni virium ac ingenii contentione ostendere nituntur, Pietismi sectam in Lutherana Ecclesia nunquam extitisse: In id quoque incumbabant Lipsiensis Facultatis Doctores: E contrario au-
tem

tem Joannes Michael Förtsch, Löscher, Sæc. XVIII. Schelwig, aliique suam Ecclesiam hac secta velut veneno, ac latius serpente cancro infectam deplorabant, atque ex Labadismo Pietismum, & ex hoc indifferentismum, sub cujus auspiciis plurimi fanatici, homines perversi, idiotæ, ac errorum Architecti tuto laterent, fuisse progenitum demonstrabant: Eapropter Georgius II. Angliæ Rex die 31. Julii 1733. Hamptoncurtii publico edicto vetuit, ne in Pastores assumerentur illi, qui Halæ studiis vacassent, & Pietistarum erroribus coinquinati essent. Ex ipsa autem horum contradictione identidem oriebantur graves contentiones, quibus Prædicantes inter se scindebantur, & non raro ruptis omnibus moderationis ac modestiæ repagulis contumelias & maledicta alter in alterum effundere certabant: Huic malo obicem ponere nitentur Anno 1726. Saxonix Elector, qui suo edicto doctrinæ Elenchum præscripserat, & odiosum Pietistarum ac Pietismi nomen exulare jufferat: Nec tamen propterea cessabat literarium bellum; præprimis enim aculeata prodire scripta adversus Bernardum Marpergerum Dresdensis Aulæ Præconem, qui præfati Elenchi auctor credebatur. Hanc scribillandi licentiam refrænabat

Ccc 2

aliud

Sæc. XVIII
 A. C. 1728.

aliud Electorale decretum, quo Bibliopolis inhibitum, ne ejusmodi libellos præcipue contra Marpergerum editos divenderent: Anno autem 1727. divulgabatur monitum ad eosdem Bibliopolas, quos Anonymus quidam huic decreto obtemperare, haud obstrictos declarabat. Paulopost univ-
 sam pene Saxoniam inundabat ingens libellorum farago, in quibus deplorandus Saxonicæ Religionis ac Ecclesiæ status, & Marpergerus ceu totius mali Auctor vivis atrisque coloribus depingebatur, quem tamen alii editis scriptis vindicare nitebantur, ac ipsemet Marpergerus in suo libro *de vero doctrine Elencho ad S. Scripturæ limam probato* suam mentem declarabat: Adversus hunc librum ejusque Auctorem illico calamum strinxit Erdmanus Neumeister Hamburgensis Pastor, quem vicissim refellebat Christianus Schöne Lipsiensis Jurisconsultus, a Nicolao Reisnero tam propudioso schediasmate lacessitus, ut ejus libellus Magistratus decreto proscriberetur: nec mitius Marpergerum alii, ac inter eos præcipue Henricus Calvisius habebant, cujus tamen *Christiane animadversiones*, eoquod Saxonici populi vix non ad seditionem moverentur, Regis Borussicæ edicto damnatæ fuerunt. Insuper Philip-

lippum Jacobum Spenerum ardentissimi Sæc. XVIII.
 mum Pietismi Sectatorem præfatus A. C. 1728.
 Neumeisterus Hamburgensis Pastor ag-
 gressus est, eumque plurium errorum
 infimulavit, quem tamen Joannes Köp-
 pen, & Christianus Schöpe acri cala-
 mo in Speneri favorem insectati sunt.
 Nec Neumeistero sui deerant vindices;
 Nicolaus enim Reisnerus, & Auctor
innoxiarum relationum eidem suis scri-
 ptis suppetias tulerunt, ac ipsemet
 Neumeisterus sese contra suos Adver-
 sarios strenue defendit, novos tamen
 hostes contra se provocavit Joannem
 Georgium Walch & Theodorum Hoff-
 manum, qui Spenerum contra Neu-
 meisterum vindicabant, quos æque ac
 Walchium duo Anonymi, ac ipsemet
 Neumeisterus acri lixivio depexum
 dabant. Adhuc fervebant hæc conten-
 tiones, dum hoc anno Adamus Brend
 Lipsiensis Pastor ad S. Petrum novæ
 liti ansam præbuit, dum sub ementito
 nomine Christiani Melodii librum edi-
 dit sub hoc titulo: *Divinarum veritatum
 influxus in voluntatem, & totam hominis
 vitam.* Accusabatur de plurimis er-
 roribus in ejus libro contentis, quo-
 rum præcipui fuissent. I. Veritates
 non in intellectu, sed in judicio esse
 quærendas. II. Hæc judicia ab hu-
 mana libertate dependere. III. Liber-
 tatem

Sæc. XVIII. tatem esse specialem facultatem ani-
 A. C. 1728. mæ. IV. Perfectam illustrationem
 non esse sine sanctificatione. V. Nec
 fidem sine pietate VI. Christianarum
 Sectarum errores non esse in se veros
 errores damnandos. VII. Eusebii Sy-
 stema esse Religionis Christianæ opti-
 mum. His doctrinis Melodius stabi-
 liisse credebatur, hunc influxum esse
 naturalem, Physicum, proin necessa-
 rium, Lutheranam, Catholicam & Cal-
 vinianam Religionem æque complecti
 veritates ad salutem necessarias, præva-
 lere tamen ceteris Catholicam: fidem nil
 aliud esse, quam assentium in veritates
 Divinas, iustitiam Christi ejusque im-
 putationem in justificatione non re-
 quiri, Evangelium idem esse ac legem,
 Ethnicos non excludi a salute æterna,
 etsi Christum ignorarent, dummodo
 credant, quod Deus propter Filium
 suum cujuslibet hominis cordi suam
 legem insculperit, eamque servandi
 vires dederit: Quaquerianos nonnisi
 unius diei itinere a Lutheranis distare
 &c. Quoniam vero hic Auctor præ-
 cipuas partes Religioni Romano - Ca-
 tholicæ concederet, & animum a Lu-
 therana Religione, Lutero, ejusque
 doctrina aversum ostenderet, hinc Lu-
 therani illum de indifferentismo po-
 stularunt, remque eo deduxerunt, ut
 Dres-

Dresdensis Magistratus promulgato e-
 dicto omnia libri hujus folia, quot- Sæc. XVIII.
A. C. 1728.
 quot poterant, intercipi juberet: Ad-
 versus personatum hunc Melodium
 Walchius quoque, Löscherus, Bud-
 deus, Wernsdorfius, Theilingus, Wa-
 gner, Neubauer, Joch, Löberus, Tau-
 bius aliique acriter calamos suos acue-
 runt, ipse insuper coram Judicibus
 Lipsiæ comparere, & ad propositas
 quæstiones respondere jussus, ad Pa-
 storis munus perpetuo inhabilis de-
 claratus est. E contrario autem Ca-
 tholici & præcipue Berghauer Dilin-
 ganus in sua apologia pro S. Joanne
 Nepomuceno, & P. Carolus Xaverius
 Regentius Melodium deprædicabant,
 eoquod de præstantia Religionis Ca-
 tholicæ tam egregium tulisset testi-
 monium.

His adjungere lubet duo decreta
 memoratu dignissima, quorum primo
 Daniæ Rex adversus Simoniam in Nor-
 wegia impune grassantem insurgens
 prohibuit, ne deinceps, ut passim fie-
 bat, etiam infima Parochiæ & schola-
 rum officia plus offerenti divenderen-
 tur. Altero Hafniæ præceptum est,
 ut Judæi ibidem agentes singulis feriis
 quintis in Ecclesia Orphanotropii com-
 parerent, & Religionis Christianæ præ-

Sæc. XVIII. cepta in Concionibus exposita perci-
A. C. 1728. perent.

Hoc item anno Protestantes in Hungaria contra Catholicos, nescio quæ Religionis gravamina in Posonensibus comitiis die 27. Maij exposuere, quorum tamen discussionem Imperator ad Pestensem Commissionem Cæsaream hanc in rem institutam rejecit.



INDEX